



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

VII. Markgraf Ludwig verleiht dem Johann Trebus, Bürger in Straußberg, das Dorf Grunow und das Dorf Eggersdorf mit Hebungen in Probsthagen, Wilkendorf und in der Stadt Straußberg, am 10. Juni 1333.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

Infiegel unten an diefem Brieff laffen hängen. Nach Christi Geburth, fo man ſchreibet taufent drey-
hundert vndt ein vndt zwanzigften Jahre, Freytages nach Sanct Michaelis.

Aus der diplomatiſchen Geſchichte von Straußberg in der III. Abth. 1. Stück der hiſtoriſchen, politiſch-geographiſch-
ſtaatiſch-militäriſchen Beyträge, die Königl. Preuß. und benachbarte Staaten betreffend (Berlin 1783) S. 411.

VII. Markgraf Ludwig verleiht dem Johann Trebuß, Bürger in Straußberg, das Dorf Grunow
und das Dorf Eggersdorf mit Hebungen in Probfthagen, Wilkendorf und in der Stadt
Straußberg, am 10. Juni 1333.

Anno domini M^o CCC^o XXX^o tercio, In octaua corporis christi, Ludovicus etc. Recog-
noſcimus, quod matura ac libera voluntate bona ſubſcripta fideli et dilecto nostro Johanni Tre-
buz, cui in Struzberg, atque ipſius veris et legitimis heredibus contulimus et per preſentes
conferimus iure hereditario iuſti et legitimi pheodi titulo, videlicet villam Grunowe cum XL fruſtis
in ipſis ſitis, cum ſupremo et infimo iudicio, cum precaria, ſeruicio, quocunq; etiam nomine cen-
ſetur, cum pleno mandato, cum molendino, prope villam Grunowe ſito, cum decimis maioribus,
cum omni iure et vtilitate tam in villa, quam in campo, in paſcuis, pratis ac aliis omnibus ipſius
pertinentibus, de quibus XL fruſtis prehabitis Johannes olim Trebuz felicis memorie cum pleno
conſenſu vxoris et heredum ſuorum ſeptem fruſta tercio dimidio ſolido minus in dicta villa Gru-
nowe ſita vni altari in Strutzberg in eccleſia ſancte marie ad ſumptus et alias neceſſitates ſa-
cerdotis ibidem diuinum officium miniſtrantis pio noſtro conſenſu pleno pariter et fauore appropri-
auit. Quorum proprietatem ſeptem fruſtorum ſine tercio dimidio ſolido, iuribus ſiquidem et conſue-
tudinibus noſtris nobis in dictis bonis, ſi qua uel que nobis in eiſdem competunt omnimodo, refer-
uatis, innouamus, appropriamus, ratificamus et omnimodo confirmamus. Etiam villam Hegghe-
breſtorp cum XX fruſtis, in ipſa ſitis, cum ſupremo et infimo iudicio, cum molendino ſibi adia-
cente, cum lignis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, cum decimis omnibus, cum omni iure et vtilitate,
prout ſupra expreſſimus, tantum precaria, alterum dimidium fruſtum, cum ſeruicio curruum iam ſate
ville nobis referuato. Etiam ſibi Johanni Trebuz et ſuis legitimis ſucceſſoribus vnum fruſtum in
Proueſthagin, vnum fruſtum in Wilenkendorp et manſionalis cenſus XXXIII ſolidorum in
Struzberg ſitum. omni gratia et libertate priſtina conferimus libere et pacifice poſſidendum. Et
quam primum Adam, frater Johannis Trebuz antedicti, a proſcriptionis nodulo innodato ſe ex-
purgauerit, omnem gratiam et libertatem Johanni fratri ſuo collationis noſtre gratia prius ſubin-
ductam ſibi adeo ſimiliter conceduri. Ita ſane, quod cum vnus eorum deo diſponente ſine pro-
lis ſucceſſione moriatur ad alterum ſuperſtitem omnia bona premiſſa prehabita libertate et gratia
deuoluantur. Harum autem omnium gratiarum contemplatione Adam et Johannes, fratres, dicti
de Trebuz, pro quolibet fruſto iam expreſſo nobis vnam marcam argenti Brandenburgensis ero-
garunt, de qua pecunia ipſos quitos dicimus preſentibus et ſolutos etc.

Nach dem Copialbuche des M. Ludw. des Neſtern, betr. die Vogtei Barnim No. 1.